



BIBLIOTECA ROSSETTI  
GRANADA  
Sala: B  
Estante: 6  
Número: 84



3-1-80



3  
22-57



211848649

2 400-410  
MADE IN SPAIN

*Del Collegio della compagnia de' Iesus de Granada*

*23*

I N D E X

LOCUPLETISSIMVS  
RERVM AC VERBORVM  
MEMORABILIVM.  
IN F. IOANNIS CAPREOLI  
QVAESTIONES SVPER  
LIBROS SENTENTIARVM,

(1)

Serie Alphabetica in studiosorum gratiam accurate digestus.

PER R. P. F. BARTHOLOMAEVM SPINAEVM.

*Pisanum Ordinis Praedicatorum, vitae Regularis.*



V E N E T I I S,

Apud Hæredem Hieronymi Scotti.

M. D. LXXVIII.

# DIRECTORIUM IN TABULAM SEV INDICEM.

FRATER BARTHOLOMÆVS  
SPINAEVS PISANVS,  
Ordin. Prædicatorum, Studiosis Sal.

*Qui hac in cimba vastum Capreoli Sententiarum Pelagum  
Lustrare cupis, aduertito.*



**D**IVINISSIMI Doctoris Thomæ, sapientiam rareantissimam, totoque or-  
be lucidissimis splendicantem radijs, debilibus ingenijs (id propemodum  
quod agris oculis sol) innatam obfirmasse caliginem, atque econtra purissi-  
mis, ac bene Valentibus, ineffabili fuisse oblectamento, cum semper apud  
doctissimos in confesso fuit, tum omnibus exploratissimum Jo. Capreolus  
Tolosanus eodem Jubare circumfultus effecit. Cuius inquam beneficio factum est, ut  
ij omnes qui lucē hac vel insigniri, vel umbras malas allucinantium prodere, seu etiam  
ab hisdem sese tueri cupiunt, sua ipsius adiuti industria, citius veriusque certissimam ad  
metam, tanquam de lumine ad turpem perveniant. Verum sub immensa voluminum eius  
mole, diffuso nimium splendore isto, nonnulli, quibus vel modica in legendo temporis ad-  
est opportunitas, vel suavissimis alijs ex debito votis vacandum est, vehementer ani-  
mo cruciantur, quod in inquirendo, paginasque voluendo, temporis id absumi necessa-  
rium sit, quod amabili contemplationi veritatis fuerat indulgendum. Hanc ipse pressu-  
ram à delitiosis mentibus fugaturus in eum, Indicem toti operi apposui, quo dirigantur  
omnes, & cuique præsto fiant, omniaque concurrant huiusce quas, optauerit luminis aduo-  
lantes hinc inde flammulas. Jucundius quippe, immo & diuinius ratus sum, labore uni-  
co tametsi grauisimo, simul ac speculationis pro tempore solatium propulsante, innume-  
rabilium virorum angustias perennes adimere, quam privata pro tunc, quanquam sua-  
uissima (Theologico subministrante Studio) quiete potiri. Valere. Et si quid vobis dul-  
ce meum, aut gratum unquam erit, ex anclatam laborem præcipud Deum sedula pen-  
sate, quaeso. Venetijs ex adibus Dni Dominici prima Februar. 1517.



**S**ENTENTIAS in hac  
Tabula contueberis  
eas duntaxat quæ à  
Capreolo non nude  
conscriptæ, sed ratio-  
nibus declaratæ, vel  
ab aduersariorum te-  
lis per eundem confu-  
tate sunt, & talium vel  
nullas quæ in Libro  
Capreoli continean-

tur, ut extimo prætermisi. Harum autem nonnul-  
læ quidem claro sensu in Tabula proponuntur,  
quædam vero ad claritatem requirendam in Li-  
bro, transmittunt. Vtputa cum dicitur. Tempus,  
qd. Ens dupliciter, & sic de similibus, ut videlicet  
magis vrgens præbeatur occasio perlustrandi Li-  
brum doctrinæ plenum. Citantur & sæpius loca  
plurima in quibus id ipsum repetit Auctor, quate-  
nus vel clarius varijs modis innotescat veritas de  
eodem, vel si forte diuersis in locis idem etiam re-  
petatur ex verbo, id possit in vno Librorum repe-  
rire qui altero caret. Vt autem facile quisque cun-  
cta quæ peroptauerit valeat inuenire, diuersa si-  
gna, multiplicemque ordinem vocabulorum, &  
numerorum distinxit, quæ quidem omnibus esse  
aperienda necessarium duxi sub hac forma.

**Tabella.** Tabella quæ in fronte proponitur Titulos tan-  
tummodo principalium quæstionum continet, quæ  
mouentur in toto hoc volumine. In citationibus  
vero locorum, directionibusque per vocabula, &  
numeralia signa, idem prorsus ordo seruetur qui  
in Tabula magna, ita tamen quod vocabula Tabel-  
læ dictis supposita, non nisi ea quæ in hac eadem  
continentur, citant.

**Tabula ma-**  
**ior.** Tabula vero maior, multiplici constat ordine.  
Et primo quidem vocabulum ipsum sub quo plu-  
res situantur sententiæ media in facie maioribus  
characteribus pictum situabitur. Si vero vnica  
sententiam tantummodo habeat, vel certæ voca-  
bula sola quæ alia loca tabulæ inquirenda indicet,  
non in medio faciei, sed in principio lineæ sub hoc  
sibi proposito signo. ¶ statuetur, quod etiam si-  
gnum cuiuslibet vocabuli Titularis primæ senten-  
tiæ apponitur. Si numerus igitur propositionum  
supra vigenarium eleuabitur vel circa, ponentur in  
margine sub paruis characteribus vocabula alia,  
quæ materias non alphabetico, sed naturali ordi-  
ne distinctas, denuntient. Si quidem tota Tabula

non nisi doctrinali ordine quo ad fieri temporis  
angustia cōcessit propositiones coordinatas edu-  
cit. Vocabula autem illa in marginibus posita sic  
secernunt materias, ut omnia dicta sub eorum ali-  
quo numerata scias de re illa principaliter verba  
facere, sub illo tamen primo vocabulo in media fa-  
cie situato. Verbi causa. De Deo propositiones  
adductæ doctrinali ordine distinguuntur, ut pri-  
mo quidem quid nominis proponatur, & huius  
occasione, de omnibus nominibus eius mentio  
fiat, & ob hoc in margine contra primam propo-  
sitionem ponitur ly. Nomen, quo signo palam fit,  
omnes propositiones sequentes, vsq; ad illam quæ  
aliud vocabulum in margine contrapositum ha-  
bet, de Dei nominibus sententias promere. Sic ac-  
cipe de ly. Esse. Essentia, cæterisque circa Deum  
principaliter consideratis, & in marginibus situa-  
tis. Si qua etiam numeralia signa talibus margina-  
libus dictionibus supponuntur, puta ly. Essentia,  
signa numeralia plura tenet sub se, hæc indicant  
propositiones iuxta illorum numerorum ordinē  
aliquid continere de præfatæ dictionis, quæ in mar-  
gine est intelligentia. Et ea quidem signa sequun-  
tur quæ ad ly, supra hoc est supra, denotant propo-  
sitiones omnes talibus numeris ordinatas, locum  
illum præcedere, quem e directo præfatum voca-  
bulum. Essentia, respicit. Ea vero quæ sequuntur  
ad ly, infra hoc est, infra, id ipsum indicant de illis  
propositionibus quæ secundum illos numeros sub-  
sequuntur. Et in prædictis omnibus propositioni-  
bus tam supra quam j. positis, & per prædicta nu-  
meralia signa citatis, de Deo & essentia quoquo  
modo fit mentio, sed non adeo principaliter ut in  
his quæ immediate sub tali dictione situantur. Et  
idem per omnia dicendum est, de cæteris quibus-  
que marginalibus sic ordinatis vocabulis. Inter il-  
la vero vocabula quæ prædicto modo in margine  
situantur sæpius ponitur ly. Quid, & designat illas  
propositiones quæ subnectuntur, de quidditate,  
seu de his quæ pertinent ad quidditatem, vel essen-  
tiam, vel rationem formalem reide qua sermo est,  
verba facere. Quandoque ponitur ly. Diuisio, &  
designantur diuisiones in se seu ad intra principa-  
lis illius tituli. Nonnunquam etiam ponitur ly. Di-  
stinctio, & denotat distinctionem ab alijs. Ponit-  
ur etiam aliquando ly. Requisita, & tunc notan-  
tur, quæ ad perfectionem vel esse rei, de qua sermo  
est conducunt. In omnibus autem fere Titulis ma-  
gnis ponitur extremo loco in margine ly. Attri-  
buta.

Supra.

Infra.

Quid

Diuisio.

Distinctio

requisita.

Attributa.

buta. Et hoc indicat propositiones omnes, quæ sequantur, varia de principali titulo ponere, quæ vel difficile esset ad aliquam principalem partem reducere, vel dictiones marginales opus esset nimium multiplicare: licet etiam quandoque propositiones aliquæ sub ly. Atributa, ponantur, quæ debuissent sub principalioribus vocabulis merito contineri. Sed ante numeros iam statutos, oculos subterfugerant. Et laboriosum admodum extitisset ob vnam vel duas propositiones suis locis aptandas, omnes alios numeros, totumque ordinem tam propositionum, quam vocabulorum iam à me positum immutare. Posui etiam eodem nonnunquam nubilo præuentas, quasdam sententias sub titulo aliquo, quæ merito sub alio contineri debuissent, vt de quibusdam præcipue patet quæ sub Trinitate ponuntur. Citantur tamen per propria vocabula, proprijs & in locis. Estimare nemo posset quanto labore tot innumerabilia pæne dicta per Capreolum hinc inde dispersa ad talem & naturæ & alphabeticum ordinem perduxerim, cum præcipue supra regularis obseruantie onera, officiumque lecturæ continuam, pluribus alijs ex accidenti fuerim sæpius pæditus. Et nihilominus calchographus, qui Tabulam in Capreolum, antequam ego illi principium dedissem, vniuersis promiserat, me quasi stimulis in dies agitabat vt ad perfectum illam deducerem. Sicque factum est, vt duobus ferme annis opus expleuerim, longiori litandum & captandum tempore. Veniam igitur precor, si quid forte minus exacte positum reperiri cõtigerit. Ad tabulam reuersi, sciant velim omnes iterum quòd quamuis prædictis modis distincte coordinatæque sententiæ forent, adhuc tamen nõ facile fuisset ad vota reperire cuique quod quæreret. Quam ob causam omnia alia ab his, quæ in margine sita, & ab inquiringibus primo respicienda sunt vocabula in multitudine propositionum habita, sub quorum ratione posset quis quærere, seorsum accepi, & elementatio litterarum ordine ante propositiones sub ipsa tamen dictione principalis tituli in media facie positi situavi cum numeralibus signis. Verbi gratia. Sub titulo. Intellectus, ponuntur plura vocabula sub ordine alphabetico numeris suis, vt pote primum. Abstractio. 22. 71. 73. & hoc indicat quod si de abstractione intellectus, aliquid quærendum occurrat, non per omnem multitudinem propositionum quæ sub tali titulo continentur vages sed tantum illas quæ præpositis his numeris ordinantur attendas, ceteræ. nihil habent quæ huius rationis materiam expriment. Et cum ponitur prædicto modo aliquis numerus post quem sequatur immediate ly vsq; & deinde alius sequitur numerus, designatur per omnes etiam medios numeros signate propositiones de eadem rei cõditione verba facere, sicut patet sub eodem titulo. Intellectus in illo vocabulo, compositio. Si vero post aliquem talem numerum sequatur ly, & inde, hoc est, & inde, denotatur omnes propositiones ab illo numero vsque ad illum cui contraponitur in margine citati tituli aliquod vocabulum, de eadem re facere mentionem, vt patet sub eodem titulo, Intellectus, in illo vocabulo, intelligibile, & sic de similibus. Ponitur & quandoque raro tamen ex angustia ten-

poris retro omnes allegationes alicuius dicti aliquod vocabulum cum numero suo, puta sic. Deus 20. & tunc designatur quòd in tali titulo ad talem etiam propositionum numerum pæne idem habetur quòd ibi. Si vero non vocabulum aliquod, sed solus numerus ponitur, isto modo, infr. 20. seu sic, supra. 10. &c. designatur quòd in illis locis sub eodem titulo id ipsam habetur. Quia vero de eadem re puta de intellectu ipso, in alijs etiam titulis pluries aliquid notabile dicitur, ad hoc omnia tibi statim præsto fiant, alia quædam vocabula titularum, eodem ordine alphabetico multitudini propositionum cuiuscunque tituli supponuntur cum numeris suis. Vt puta omnibus propositionibus præfati tituli, Intellectus, iam positus, subne sunt vocabula cum numeris suis, vt Angelus. Anima, & sic de alijs, & per hoc designatur, quòd in titulo Angelus, omnes propositiones talibus, qui ibi signantur numeris ordinatæ, de ipso intellectu mentionem faciunt, & sub eodem quo supra sensu in tali numerorum signatione interponit quandoque ly, vsque & ly, & inde. Nonnunquam etiam post numerum vocabuli ponitur ly, & infra, hoc est & infra, quod designat idem haberi sub omnibus propositionibus infra locum illum positus. Quandoque autem ponitur vocabulum sine numero, eo quòd vnica propositio sub eo contineatur. Talia autem quæ subsequuntur vocabula habentur pæne in omnibus titulis, & in illis etiam quæ nullas propositiones continent. Eorundem etiam vocabulorum non nulla, quibusdam forte videbuntur superflua. Sed attendat hi quòd non semper adducta sunt, vt de eis haberetur cognitio, sed vt occasione eorum facile posset inueniri, quod principaliter quæritur. Ad quod non parum conferret, eorum præacta annotatio si diligenter consideretur. Quibus omnibus rite perspectis, nil quærendum in tota hac Tabula contentum occurreret, quod in procinctu temporis nõ facile quærentium oculis offeratur.

Vt autem quod quæris valeas per Directorium istud in Capreolo reperire, & citationum notulas cognoscere, scito primo quod dictorum quæ tabula continet & in Capreolo quærenda transmittit, quædam sunt Conclusiones quibus etiam e regione ponitur in margine, magna hæc littera. C. hoc est Conclusio, quod si duplicatur, signat duob. in locis apud Capreolum eandem conclusionem probari, quod tamen rarum est. Si autem contra conclusionem adducuntur argumenta citatis auctoribus, tunc ponitur in margine ly. Q. magnum, hoc est, quæritur ante ly. C. Et quandoque germinatur littera. Q. si in diuersis distinctionibus contingat contra eandem conclusionem fieri argumenta, quod etiam rarum est. Quædam vero sunt quæstiones partiales, & hæc sunt omnia dicta, quæ non per modum conclusionum proponuntur, & tamen argumentis impetuntur, & tales quæstiones vltra quæstionale signum, scilicet ly. Vtrum, habent etiam in margine posita e regione litteram. Q. magna per se. Cetera vero omnia dicta, siquidem plana sententiam præferant, nullo signo in margine notantur. Si vero ambiguum sensum exprimat requirendo certum sub his verbis, quis sensus, vel quomodo intelligitur,

Et infra.

**S** tur, tunc in margine eregione ponitur ly. S. quod notat sensum certum imbi inquiri. Citantur præterea loca in Capreoli volumine sub hac diuersitate videlicet. Prologus. Libri. Distinctio. Quæstiones. Articuli, & illi duntaxat qui speciales conclusiones cum impugnationibus continent. Conclusiones. Nomina arguentium, & quandoque etiam ipsius Capreoli sub Auctoris vocabulo. Argumenta iuxta proprium numerum. Confirmationes, Instantiæ, Impugnationes responsionum, & ad hæc omnia proprie responsiones, & improbationes inutilium solutionum ab aduersarijs inductarum contra rationes pro conclusionibus positas. Et prologus quidem signatur per ly. prol. Quatuor autem libri secundum numerum suum citantur sic, primo, hoc est in primo Libro, secundo, hoc est in secundo libro, tertio, hoc est in tertio, & quarto, hoc est in quarto Libro, scilicet cõtinetur hoc dictum. Distinctiones citantur per ly, d. appposito proprio numero. Quæstiones per ly. q. Articuli per ly. ar. Conclusiones autem, siquidem sit ipsa conclusio sic exprimitur conclusio. Si vero in adductis pro conclusione probanda, est tale dictum, non iam conclusio, sed conclusione signatur. Nomina arguentium per sua capita clara fient. Vt sic notentur. Scot. Scotus. Dur. Durandus. Aur. Aureolus, Egid. Egidius. Greg. Gregorius de Arimino. Ger. Gerardus de Carmello. Var. Varro. Bon. Pet. Joaa. de Bonauentura. Pet. Petrus de Palude, Io. de Ripa. Ripa. Io. de Ioannes de Ripa. Io. de Neap. Ioannes de Neap. Neap. Bern. Bern. Bernardus de Gannaco. Godof. Godofredus, Gar. Garro. Adam. Henri. Henricus. Ochã. Adam Hiber. Hibernicus. Gui. Guido. Vgo. Vgo de Cabern. Guid. Vgo. Angli. Et quandoque dicitur alij vel quidam, & designantur quidam argumentatores quorum nomina nõ exprimentur. Horum autem Doctorum nomina quandoque quidem ponuntur immediate post conclusionis allegationem, & designatur quod tales argumentatores impugnant conclusionem illam, vel partem, vel aliquid adductum in probatione eius, aut certe aliquid ab ea suppositum, vel etiam ab ea deductum. Aliquando vero ante talia nomina ponitur hoc signum opp. hoc est oppositum, scilicet tenet talis, vel talis, seu pro opposito & contra hoc dictum arguit. Deinde semper subsequitur ly. prop. hoc est propositum, scilicet tenet Capreolus, vel auctor in tali vel tali loco. Cum vero proponitur in Tabula dictum aliquod cum quæstionis signo, scilicet cum ly. Vtrum, antequam in allegatione ponantur nomina arguentium, proponitur pro qua vel contra quam partem quæstionis arguant, affirmatiuam, videlicet vel negatiuam, & talis diuersitas exprimit per ly. aff. si contra negatiuam arguant, per ly. ne. si arguant contra affirmatiuam. Semper autem subintelligas Capreolum oppositum tenere eius pro quo ipsi arguant, etiam si id non exprimat. Quandoque tamen hoc ipsum exprimitur, eo quod non solum ibi, in solutionibus. videlicet argumentorum illorum, vel conclusionis illius contra quam argunt dictis, sed alijs in locis quæ ibi citantur, Capreolus tale quid approbat, & tale approbationis signum est ly. aff. si arguit aduersarij pro negatiua, vel ly. ne, si arguant pro affirmatiua. Si vero idem

pro quod illi arguant, opinetur Capreolus, hoc indico per eadem quam proposui notulam arguentibus aff. videlicet seu ne. eam iterum proponendo Capreolo. Quando quisquam arguentium impugnat dictum aliquod non omnibus argumentis in vna serie numerorum positus, sed vno vel quibusdam eorum tantummodo, tunc posito nomine argumentatoris, ponitur & argumentorum numerus, verbi gratia. Scot. arg. hoc est argumento primo, vel secundo tertio &c. Responsiones vero & earum numeri sic notantur. Ad primum secundum tertium &c. hoc est ad primum argumentum secundum tertium, ad confir. hoc est ad confirmationem, & si fuerint in numero, ad primam cõfir. vel secundam, vel tertiam &c. Idem dicitur de instantia, vt ad inst. cõtra rationem, vel prob. hoc est probationem pro conclusione, & si plures fuerint, sic ad primam instant. vel secundam vel tertiam pro prima ratione, vel secunda vel tertia, pro prima conclusione vel secunda, vel tertia &c. Improbationis alicuius solutionis seu responsionis solutio sic notatur ad improb. hoc est improbationem, vel ad impug. hoc est impugnationem sol. hoc est solutionis primi, vel secundi &c. Aur. vel Dur. &c. contra primam vel secundam conclusionem &c. si fuerint in aliquo numero sic notatur, ad primam improb. vel secundam & cæt. Impugnationes autem solut. aduersarij ad rationes pro conclusionem sic notantur. In impug. solut. &c. Contingit etiam sæpius aliquem Doctorem cõclusionem aliquam diuersimode impugnare, puta impugnando primo primam partem, inde secundam &c. & talia argumenta diuersis numerorum ordinibus referuntur. Talis autem diuersitas exprimitur tam in Libro quam in Tabula per ly. primo loco, hoc est primo loco, vel secundo. Quia vero probatio quandoque vnus conclusionis, vel alicuius argumenti solutio plures libri columnas complectitur, & tædiosum admodum esset omnes perustrare ob vnam reperiendam sententiam, ideo referendo solutionem argumenti, vel conclusionis dicta, noto quoque numerum columnarum sub hac forma, col. 2. vel tertia &c. in quo etiam sic quandoque scribitur, & col. 2. vt detur intelligi quòd cum habeatur quod quæritur in prima columna, habetur et in secunda, vel tertia prout notatur. Ipsas etiam columnarum partes quandoque distincte notauit per ly. prin. med. si. hoc est principio, medio, fine. Quamuis ly. fin. quandoque etiam pro extremo adducti loci ponatur, quando videlicet sine notula columnarum ponitur. Columnas autem non à summitatibus noto incipere, sed inde primo incipit vnde argumenti solutio, vel conclusionis probatio inchoatur, & ad illum vsque locum protenditur qui in sequenti columna principio illi lineariter contraponitur, & itidem circa subsequentes omnes columnas intelligendum est. In cuiuslibet autem quæstionis principio Capreolus communiter vnum, quandoque etiam plura argumenta proponit, quæ in calce seu pede quæstionis dissoluit, & locus in tabula sic citatur. Ad arg. in pe. hoc est ad argumentum in pede quæstionis, quòd si plura fuerint dicitur, ad primum vel secundum arg. in pe. Vt autem euitarem in quotationibus argu-

arg. Ad primū, ad secundū, ad tertium &c. ad confir. ad primam cõfir. ad inst. prob. improb. impug. sol. Primo loco, secundo loco. col. 2. 3. &c. & col. 2. 3. & cæt. Princ. me. si. in pa.

vsque. & inde.

pppccc



am notularum seriem, plures sub vno aliquo signo saepius subintelligi volo, hoc modo. Contingit eiusdem quaestionis dicta plurima multotiens ordinate contiguari seu alteram altera immediate sequi, & tunc in prima quidem, libram cito, distinctionem, quaestionem. In sequenti vero haec omnia subintelligi volo per ly, vbi supra hoc est, vbi supra, videlicet in primo loco allegata sunt, liber distinctio atq; quaestio, etiam si centum numero essent propositiones ex eodem loco assumptae, & supradicto modo continuatae. Sed ne ad illum etiam priorem locum inquirendum quisque vagetur ac tempus vano terat, apposui ly. A. pro signo in margine contra propositionem priorem, denotans ibi primo locum allegari distincte. Saepem etiam non solum in eadem quaestione, vel articulo, sed in eodem etiam penitus indiuiso loco, puta in eadem solutione argumenti eademque columna plures propositiones sic subordinatae habentur, & tunc citato loco per primam, in sequenti non aliud ponitur nisi ly. ibi. Si haec littera. o. sequitur aliquam allegationem, designatur quod tale dictum habetur seu probatur, vel declaratur per totum illum locum, etiam si decem esset columnarum spatij. Eiusdem etiam prolixitatis vitandae gratia nunquam fere primam distinctionem, quaestionem, articulum, ad primum argumentum contra primam conclusionem ex nomine auctoris, primam columnam, vel primum locum expressi, sed subintelligendum semper in singulis praedictis volo ly primum, cum nullum appono numerum. Vt puta si aliqua sententia in tabula ordinata sit qua habeatur in solutione primi argumenti facti contra primam conclusionem primae quaestionis secundi sententiarum, sic locum citabo, secundo ad primum. Sic enim intelligitur id haberi in prima distinctione, prima quaestione, contra primam conclusionem, primo loco, ac prima columna, quo fit etiam vt opus non sit auctores ipsorum argumento, primo loco contra primam conclusionem positorem ex nomine citare. Neque enim necesse est dicere, ad primum

Aur. vel Dur. &c. Quia si argumentum casu esset primum eorum quae secundo loco, vel tertio contra eandem adducerentur conclusionem, id solummodo notaretur hoc modo, secundo ad primum secundo loco, vel tertio. Quia si forte in secunda esset quaestione quod affertur, sed ad primum contra primam conclusionem primo loco prima col. Sic locus citaretur secundo q. 2. ad primum, & hoc modo proportionaliter scito cuncta se habere hac in tabula. Virgule autem vt haec, non autem puncta vt hoc, allegationes sequestrant, vnde quae sequitur allegatio non nisi vna est, primo distinct. 2. quaestio. 3. arti. 2. ad primum contra secundam col. 4. si. Haec autem duae, primo dist. 1. conclusio. 1. ad primum, & subintelligitur in eadem quaestione, primo loco & col. 1. contra primam. Primitamen Libri Sententiarum allegabitur prima distinctio, ne forte in quaestionibus prologi haberi dicta illa putarentur. Cum plures allegationes cernes, ne putes Sententiam illam semper quo ad suas omnes partes in locis illis inueniri. Sed quandoque tota & in singulis, quandoque vero per singula loca, singule partes habentur, vel in pluribus altera, altera in vno continebitur tantum, vt plurimum tamen in vno eorundem locorum tota continetur. In inquirendis etiam sententijs per Libros Capreoli attendat primo quilibet ad margines libri, quia earum plures in marginibus sunt excerptae in noua impressione cui tantummodo deseruit Tabula ista, & omnes taliter extractas assumpsit tabula, tametsi marginalia illa dicta, vt in pluribus vitijs non careant compositorum incuria, eo quod puero cuidam, ea quae in margine ponebantur compositores alij commendabant, qui nedum manuales verum & impressas litteras male distinguebat. Veruntamen sapientes facile sensum percipiet deductis erroribus. Quia vero in hoc opere plurimum me defecisse non dubito, ideo emendationem in eo magis opto quam commendationem. Quaecumque tamen fuerit, non vsquequaue inutile fore diffido, sed studiosis acceptum.

Laurentius Vrsinus Bergomensis Praedicatorius.

*Noscere Capreoli, quicumque volumina magni  
Exoptas Docto perlege culta viro.  
Abdita quae fuerant Pisanus in ordine noster.  
Disposuit cunctis candidiora niue.  
Quo labyrinthis latebris pia pergere posset  
Perfidus Egides filia Ariadna dedit.  
Bartholomaeus ita tribuit tibi candide Lector  
Iudicium in tenebris, quod tibi monstrat iter.*



**A** BSTRACTVM Deus. 6. ¶ Accidens. Eucharistia. 7. ¶ Adam. Vtrum in statu innocentiae Adam viderit diuinam essentiam. secundo di. 2. 3. Eua. Pena. ¶ Actio. Vtrum aliqua actio humana possit esse indifferens ad bonum, vel malum morale, secundo dist. 40. Coelum. Infidelis.

- ¶ Actus. Vtrum actus interior, & exterior sint duo peccata, vel vnum tantum. secundo dist. 42. Beatitudo. 1. 2. Fruitio. 1. Homo. Intellectus. Liberum arbitrium. 2. Pater. 2. Peccatum. 3. 4. Prouidentia. 2. Virtus. 2. Voluntas. 3. Vri.
- ¶ Adoratio. Vtrum humanitas Christi sit adoranda adoratione laetiae. tertio dist. 9.
- ¶ Amor. Spiritus Sanctus. 1.
- 1 ¶ Angelus. Vtrum Angelus sit in loco. secundo di. 2. q. 1.
- 2 Vtrum Angelus mensuretur tempore. secundo di. 2. q. 2.
- 3 Vtrum angeli indiuidentur per materiam secundo di. 3. q. 1.
- 4 Vtrum intelligere angeli sit sua substantia. secundo dist. 3 quaestio. 2.
- 5 Vtrum angelus potuerit appetere aequalitatem Dei in primo instanti sui esse, vel suae creationis. secundo di. 4. q. 1.
- 6 Vtrum angeli in primo instanti suae creationis fuerint beati. secundo dist. 5. q. 1.
- 7 Vtrum angelus possit moueri localiter. secundo di. 6. q. 1.
- 8 Vtrum angelus moueat coelum, vel quodcumque corpus per intellectum & voluntatem, vel per aliquam aliam potentiam. secundo dist. 7.
- 9 Vtrum angeli habeant corpora naturaliter eis vnita potissime caelestia. secundo dist. 9.
- 10 Vtrum angeli proficiant in cognitione per mutuam loquutionem. secundo dist. 11. q. 1.
- 11 Vtrum angeli ex mutua illuminatione proficiant secundo dist. 11. q. 2.
- 1 Anima. Vtrum in homine praeter animam intellectiuam sit alia forma substantialis. secundo dist. 15. q. 1.
- 2 Vtrum anima humana, vel aliqua alia forma substantialis sit aliqua entitas totaliter a materia distincta. 2. dist. 16.
- 3 Vtrum oes animae ab origine sint aequales secundo di. 32.
- 4 Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo quarto dist. 44. q. 4.
- 5 Vtrum anima separata aliquid cognoscat, vel intelligat. quarto dist. 50. q. 1.
- 6 Vtrum anima separata possit corpora mouere localiter, quarto dist. 50. q. 2. Baptismus. 1. Charitas. 1. Christus. 6. vsque 10. Numerus. 2. Resurrectio. Veritas. ¶ Appetitus. Beatitudo. 3. Christus. 9. Appetitus. 2.
- 1 Assumptio. Vtrum natura humana quam Deus assumpsit pp humani generis reparationem potuerit assumi a trib. suppositis diuinae naturae, aut a natura diuina. 3. di. 1.
- 2 Vtrum natura diuina possit assumere entitatem totius resultatam ex materia & forma lapidis adiuuante coniunctis. 3. di. 2.
- 3 Vtrum filius Dei assumpsit naturam humanam in vniuersali cum suo proprio creato supposito. tertio di. 5. q. 3.
- ¶ Attributum. Vtrum pluralitas attributorum diuinae simplicitati repugnet. primo dist. 8. q. 4.
- ¶ Augmentum. Charitas. 2. 3. 4. ¶ Auxilium. Homo.

- B**aptismus. Vtrum baptismus imprimat aliquem characterem in anima. quarto di. 4.
- 2 Vtrum paruuli infidelium sint inuiti parentibus baptizandi. quarto dist. 5.
- 3 Vtrum baptismus, vel confirmatio a facto suscepta recedente fictione suum sortiatur effectum. quarto dist. 7.

- 1 ¶ Beatitudo. Vtrum vltima beatitudo, vel felicitas humana sit aliquis actus aeternus quarto dist. 49. q. 1.
- 2 Vtrum beatitudo vltima hominis consistat essentialiter in actu intellectus, vbi supra q. 2.
- 3 Vtrum omnes appetant beatitudinem, vbi supra q. 3.
- ¶ Beatus. Angelus. 6. ¶ Bonitas. Voluntas. 3.
- ¶ Bonum. Vtrum ratio boni sit proprie absoluta. secundo dist. 3. q. 1. Actio. Deus. 14. Homo. Maria. 3. Poena.

- C**aro. Eua Peccatum. 1. ¶ Celare. Confessio. 3.
- ¶ Coelum. Vtrum coelum agat in ista inferiora per motum suum. secundo distinct. 14. Angelus. 8. 9. Deus. 13.
- ¶ Character Baptismus. 1.
- 1 ¶ Charitas. Vtrum charitas sit habitus creatus in anima primo dist. 17. q. 1.
- 2 Vtrum charitas possit augeri, vbi supra q. 2.
- 3 Quomodo charitas augeatur, vbi supra art. 1.
- 4 An charitas possit augeri in infinitum, vbi supra art. 1.
- 5 Vtrum homo ex charitate debeat diligere Deum plus quam seipsum. tertio dist. 27. Spes.
- 1 ¶ Christus. Vtrum in Christo sint plura esse. tertio dist. 6.
- 2 Vtrum in Christo sint duae filiationes. tertio dist. 7.
- 3 Vtrum Christus secundum quod homo sit Deus, vel persona diuina tertio. di. 10.
- 4 Vtrum ista copulatiua sit concedenda sine quocumque; addito Christus est creatura & Christus incepit esse. 3. di. 11.
- 5 Vtrum Christus potuerit peccare. tertio dist. 12.
- 6 Vtrum anima Christi habuerit gratiam creatam formaliter & actu in hntam. tertio dist. 13.
- 7 Vtrum anima Christi sit sciens formaliter scientia creata, tertio dist. 14. q. 1.
- 8 Vtrum anima Christi in verbo videat omnia alia a verbo vbi supra quaestio 2.
- 9 Vtrum anima Christi ex sua omnipotentia respectu proprii corporis appetitum sensituum a dolore sensibili praeseruare potuerit tertio dist. 15.
- 10 Vtrum dolor in anima Christi tempore passionis peruenit vsque ad rationem superiorem. tertio dist. 16.
- 11 Vtrum Christus deserit esse homo in suo descensu ad inferos 3. di. 21. Adoratio. Eucharistia. 6. Iudicium. sacrum. 3. Vnio.
- ¶ Clausus. Vtrum quilibet sacerdos possit vti clauae quam habet in quemlibet hominem. quarto dist. 18.
- ¶ Cogitatio. Daemon. 2.
- ¶ Cognitionis. angelus. 10. 11. Aia. 5. Daemon. 2. Deus. 1. 2. 4. 12. 13.
- ¶ Compositum. Forma. ¶ Commune. Persona. 4.
- ¶ Conceptio. Maria. 1. 2. ¶ Concretum. Deus. 6.
- ¶ Concupiscibilis Virtus. 2.
- 1 ¶ Confessio. Vtrum confessio facta ab illo qui non est contritus, nec poenitens aliquid valeat. quarto dist. 17. q. 2.
- 2 Vtrum confessio non integra possit valere ad salutem. 4. di. 8.
- 3 Vtrum in quolibet casu teneatur Sacerdos celare peccatum quod sub sigillo confessionis nouit. quarto. di. 21. q. 2.
- ¶ Confirmatio. Vtrum sacerdos non Episcopus possit confirmare. quarto dist. 7. q. 2. Baptismus. 3.
- ¶ Consecratio. Eucharistia. 6. 8.
- ¶ Continentia. Votum. ¶ Contingentia. Vnde ortum habet contingentia rerum, primo. di. 38. ar. 1. Deus. 12. 13.
- ¶ Contritio. Confessio. 1.
- 1 ¶ Corpus. Vtrum corpora Sanctorum post resurrectionem erunt impassibilia, quarto. di. 44. q. 2. Angelus. 8. 9. Anima. 6. Christus. 9. Eua. Eucharistia. 2. 3. 4. 5. 7. Resurrectio. 2.
- 2 Vtrum corpus gloriosum per dotem subtilitatis possit esse in eodem loco simul cu alio corpore, vbi supra q. 3.
- 1 ¶ Creatio. Vtrum creatio sit aliquid. 2. q. 2.
- 2 Vtrum potentia creandi possit communicari alicui creaturae. 2. q. 3. Angelus. 5. 6.

¶ Creatura, Christus. 4. Creatio, 2. Deus. 4. 14. 16. Esse. Immutabile. Impeccabile. Relatio. o. Satisfactio. 1. Vestigium. 1. Voluntas. 1.
¶ Culpa. Malum. 2. Peccatum. 8. Pœnitentia. 1.
D
¶ Effectus. Pœna.
1 ¶ Dæmon. Vtrum voluntas dæmonū sit obstinata in malo secundo dist. 7. q. 1.
2 Vtrum dæmones naturali virtute possint cogitationes humani cordis cognoscere, & vires sensitiuas immutare secundo dist. 8.
1 ¶ Deus. Vtrum Deus sit à nobis pro statu viæ cognoscibilis primo dist. 2. quæstio. 1.
2 Vtrum Deum esse sit per se notum menti humanæ in via, vbi supra quæstio. 2.
3 Vtrum in diuinis vnus Deus sit tres personæ. vbi supra quæstio. 3.
4 Vtrum vnitas Dei possit ex creaturis demonstratiue cognosci primo dist. 3. q. 1.
5 Vtrum ista sit concedenda, Deus genuit Deum primo dist. 4. quæstio. 1.
6 Vtrum in diuinis abstractum prædicetur de concreto, vbi supra q. 2.
7 Vtrum Deus sit in genere, primo dist. 8. q. 2.
8 Vtrum Deus possit aliquo nomine proprio designari, primo dist. 2. quæstio. 1.
9 Vtrum Deus vere & formaliter aliquid intelligat, primo dist. 3. q. 1.
10 Vtrum demonstratiue probari possit quod intelligere sit in Deo, vbi supra, artic. 2.
11 Vtrum Deus sit vbique, primo dist. 3. 7.
12 Vtrum Deus cognoscat futura cōingentia, primo di. 38.
13 Vtrum Deus cognoscat certitudinaliter futura cōingentia, & quomodo cum immutabilitate scientiæ eius, itet contingentia rerum, vbi supra artic. 2.
14 Vtrum Deus, ex sua infinitate possit omnem creaturam in infinitum facere meliorem, primo dist. 4. 3.
15 Vtrum Deus vel eius potentia sit infinita, vbi supra ar. 1.
16 Vtrum sit dare maximam magnitudinem aut perfectionem aut creaturam q̄ Deus possit facere, vbi supra ar. 2.
17 Vtrum corruptum, vel annihilatum possit per potētiam Dei idem numero reparari, quarto dist. 4. 3. q. 1. Adam. Angelus. 5. Assumptio. o. Attributum. Charitas. 5. Christus. 3. Essectia. o. Fides. 1. Filius. o. Generatio. o. Homo. Iudicium. Missio. o. Numerus. 1. 3. Omnipotentia. Peccatum. 4. Persona. o. Præsentia. 1. Proprietas. Prouidentia. o. Relatio. 1. 2. Satisfactio. 2. Scientia. Similitudo. Theologia. 4. Visio. o. Vnio. Voluntas. 1. 2.
¶ Dilectio. Charitas. 5. Pater. 3. ¶ Dolor Christus. 9. 10.
1 ¶ Donum. Vtrum donum sit proprium nomen Spiritus Sancti, primo dist. 18. q. 1.
2 Vtrum dona Spiritus Sancti sint habitus distincti à virtutibus, tertio dist. 34.
E
¶ Episcopus. Confirmatio.
¶ Episcopatus. Vtrum Episcopatus sit ordo. 4. distinctio. 2. 5. Aequalitas. Angelus. 5. Anima. 3. Persona. 2. Similitudo.
¶ Esse. Vtrum aliqua creatura subsistat sit suū esse existentiæ primæ. dist. 8. q. 1. Angelus. 5. Christus. 1. 4. Deus. 2. Persona. 5. Præsentia. 1. 2.
1 Essentia. Vtrum diuina essentia sit formalis terminus diuinæ generationis primo dist. 5. q. 1.
2 Vtrum essentia diuina sit obiectum adæquatam sui intellectus primo dist. 3. q. 2.
3 Vtrum diuina essentia, vel personalis proprietates possit vniri alicui naturæ creatæ per modum formæ tertio dist. 5. q. 2. Adam. Proprietates. Visio. 1. 2.
¶ Aeternitas. Quid sit primo di. 9. quæstio. 1. ar. 2. Generatio. 2.
¶ Eua. Vtrum ex minima parte costæ vel ex minima carne Adæ potuerit formari corpus Euz sine additione nouæ materiæ exterioris secundo dist. 19.
1 ¶ Eucharistia. Vtrum forma Sacramenti Eucharistiæ sit conueniens. 4. dist. 8.
2 Vtrum corpus Christi sit in Sacramēto Eucharistiæ realiter quarto dist. 10. quæstio. 1.
3 Vtrum corpus Christi seu ipse Christus sit in Sacramēto Eucharistiæ totaliter quarto dist. 10. q. 2.

4 Vtrum corpus Christi sit in Sacro Eucharistiæ mobilitate, hoc est. Vtrum ibi moueatur localiter, vbi supra tertio.
5 Vtrum corpus Christi sit in Sacramēto Eucharistiæ visibiliter, hoc est. Vtrum possit ibi videri ab oculo creato, vbi supra quæstio. 4.
6 Vtrum post consecrationem Eucharistiæ remaneat ibi substantia panis quarto dist. 11.
7 Vtrum accidentia separata à substantia panis cōuersi in corpus Christi possit immutare substantialiter aliquid extrinsecum quarto dist. 12.
8 Vtrum hostiæ & sanguini à duobus cōsecrato possit aliquid admisceri quarto. dist. 13.
1 ¶ Eufortunium. Quid sit primo dist. 38. artic. 2.
2 Vtrum Eufortunium immutabilitatem inducat in rebus humanis vbi supra, artic. 3.
F
1 ¶ Fatum. Quid sit primo dist. 38. arti. 2.
2 Vtrum fatum immutabilitatem inducat in rebus humanis, vbi supra artic. 3.
¶ Felicitas. Beatitudo. 1. ¶ Fictio. Baptismus. 3.
1 ¶ Fides. Vtrum fides sit virtus infusa à Deo tertio dist. 24.
2 Vtrum fides sit de visis tertio dist. 25.
3 Vtrum fides remaneat in patria tertio dist. 31. Spes.
¶ Filiatio. Christus. 2.
1 ¶ Filius. Vtrum in diuinis possint esse plures filij, primo dist. 7. q. 2.
2 Vtrum filius in esse personali cōstituat formaliter per spirationem actiuam, primo dist. 11. q. 1. artic. 3. Assumptio. 3. Processio. 2. Spiritus Sanctus. 2. 3. 4.
¶ Finis. Fruitio. 2. Voluntas. 3.
¶ Forma. Vtrum ante generationem compositi substantialis præcedat aliquid formæ, per generationem inducendæ secundo di. 17. Anima. 1. 2. Assumptio. 2. Essentia. 3. Eucharistia. 1. Iudicium.
1 ¶ Fruitio. Vtrum fruutio sit actus voluntatis primo di. 1. q. 1.
2 Vtrum vltimo fine per intellectu apprehenso necessario fruatur creata voluntas primo dist. 1. q. 3. ¶ Futurum. Deus. 12. 13.
G
¶ Generatio. Quomodo est in diuinis primo dist. 9. q. 1. artic. 1.
2 Vtrum diuina generatio mensuretur æternitate, vbi supra artic. 2.
3 Quomodo & penes quid distinguantur generatio & spiratio actiua primo dist. 13. q. 1. arti. 2.
4 Vtrum gnare, & paternitas sint idem realiter in diuinis primo di. 27. q. 1. Deus. 5. Essentia. 1. Forma. Pater. 1. 2. 4. Potentia. Processio. 1.
¶ Genus. Deus. 7. ¶ Gloria. Gratia. 1.
1 Gratia. Vtrum gratia sit virtus secundo dist. 26.
2 Vtrum habens gratiam possit, ex condigno mereri gloriam secundo dist. 27.
3 Vtrum homo sine gratia possit præcepta legis implere secundo dist. 28. Christus. 6. Sacramentum. 1. 2.
H
¶ Habitus. Charitas. 1. Theologia. 2. Virtus. 2.
¶ Homo. Vtrum hō ante peccatum per liberum arbitriū, & suæ naturæ vires præcise absq; alio auxilio Dei specialiter fuerit sufficiens ad agendū aliquem actum moraliter bonū seu vere rectum & virtuosum secundo di. 29. Aia. 1. Assumptio. 1. Beatitudo. o. Charitas. 5. Christus. 1. 1. Claus. Innocētia. 2. Iudicium. Pœnitentia. 2. & o. Satisfactio. 2. Virtus. 1. 2.
¶ Humanitas. adoratio.
I
¶ Ignis. Anima. 4. ¶ Illuminatio. Angelus. 1. 1.
¶ Imago. Vtrum partes imaginis distinguant à reb. in quibus sunt. primo dist. 3. q. 3. artic. 2. Vestigium. 1.
¶ Immutabile. Vtrum aliqua creatura sit immutabilis primo dist. 8. q. 3. Deus. 13. Eufortunium. 2. Fatum. 2. Prouidentia. 2. ¶ Impassibile. Corpus. 1.
¶ Impeccabile. Vtrum alicui creaturæ potuerit vel possit cōferri vt sit impeccabilis per naturam secundo dist. 22.
¶ Indifferens. Actio. ¶ Individuatio. Angelus. 3.
¶ Indulgentia. Vtrum per indulgentias possit aliquid remitti de pœna satisfactoria. quarto dist. 20.
¶ Infernus. Christus. 11.
¶ Infidelis. Vtrum quælibet actio hominis infidelis sit peccatum. secundo dist. 41. Baptismus. 2.
¶ Infinitum. Charitas. 4. Christus. 6. Deus. 14. 15.

¶ Informitas. Materia. 2.
¶ Innascibilitas. Vtrum innascibilitas sit proprietas cōstitutua patris primo dist. 28.
1 Innocentia. Vtrum in statu innocentie virgines peperissent duntaxat prædestinatos secundo dist. 20.
2 Vtrum homo in statu innocentie potuerit peccare venialiter secundo dist. 21. Adam.
¶ Instans. Angelus. 5. 6. Resurrectio. 1.
¶ Intellectus. Vtrum in actibus intellectus possit esse peccatum secundo dist. 39. Angelus. 8. Beatitudo. 2. Essentia. 2. Fruitio. 2. Visio. 1. 2.
¶ Intelligere. Quid sit formaliter primo q. 1. artic. 1. Angelus. 4. Anima. 5. Deus. 9. 10.
¶ Intentio. Persona. 3. ¶ Irascibilis. Virtus. 2.
¶ Iudicium. Vtrum Christus in generali & vltimo iudicio iudicans secundum formam humanam sit ostensus reprobis formam diuinam quarto dist. 46.
L
¶ Latria. Adoratio. ¶ Lex. Gratia. 3. Sacramentum. o.
1 ¶ Liberum arbitrium. Vtrum liberū arbitrium sit potentia pure passiuæ secundo dist. 24.
2 Vtrum voluntas seu liberum arbitrium moueatur ab aliquo exteriori ad suum actum secundo dist. 25. Homo.
¶ Locus. Angelus. 1. 7. Anima. 6. Corpus. 2.
¶ Loquatio. Angelus. 10.
M
¶ Magnitudo. Deus. 16.
1 ¶ Malum. Vtrum malū sit aliqua natura positua secundo dist. 34. q. 2.
2 Vtrum malum sufficienter diuidatur per culpam & penam, secundo dist. 36. Actio. Dæmon. 1.
1 ¶ Maria. Vtrum Beata virgo Maria fuerit concepta in peccato originali. tertio dist. 3.
2 Vtrum Beata Virgo Maria aliquid actiue egerit in conceptione Christi propter quod veraciter dici possit mater Dei. tertio dist. 4.
3 Vtrum Matrimonium Beatæ Mariæ Virginis habuerit aliqua bona excusantia illud. quarto dist. 30.
¶ Mater. Maria. 2.
1 Materia. Vtrum omnium corporalium sit vna materia secundo dist. 12. q. 1.
2 Vtrum informitas materiæ præcesserit duratione eius formationem secundo dist. 13. q. 1. Angelus. 3. Anima. 2. Assumptio. 2. Eua.
¶ Matrimonium. Vtrum sit sacrum. quarto dist. 26. Maria. 3.
¶ Mensura. Angelus. 2. ¶ Meritum. gratia. 2. Præscientia.
1 Missio. Vtrum cuiuslibet personæ conueniat mitti, primo dist. 15. quæstio. 1.
2 Quid est missio in diuinis, vbi supra artic. 1.
3 An quælibet persona mittatur, vbi supra artic. 2.
4 An aliqua persona mittatur, nulla alia missa, vbi supra artic. 3.
¶ Mixtio. Eucharistia. 8. ¶ Morale. Actio. Homo.
¶ Motus. Angelus. 7. 8. Anima. 6. Cælum Eucharistia. 4. Liberum arbitrium. 2.
¶ Mundus. Vtrum mundum incepisse sit cōclusio demonstrabilis. secundo quæstio. 1.
N
¶ Natiuitas. Processio. 2. Natura. Assumptio. o. Essentia. 3. Malum. 1. Pater. 1. Satisfactio. 1. Vnio.
¶ Nomen. Deus. 3. Donum. 1. Persona. 3. ¶ Notio. Principium. ¶ Notum. Deus. 2.
1 Numerus. Vtrum numerus sit proprie & formaliter in diuinis primo dist. 24. q. 1.
2 Vtrum vnitas, vel numerus sit aliquid extra animam in rebus, vbi supra artic. 1.
3 Quis numerus & quomodo est in diuinis, vbi supra ar. 2.
O
¶ Obiectum. Essentia. 2. ¶ Obstinatio. Dæmon. 1.
¶ Omnipotentia. Vtrum sit in deo primo dist. 42. Christus. 9. Potentia.
¶ Oratio. Sanctus.
¶ Ordo. Vtrum ordo sit sacramentum quarto dist. 24. Episcopatus. Vtrum.
¶ Originale. Maria. 1. Peccatum. 1. 2.
P
¶ Pater. Eucharistia. 6. 7. ¶ Pars. Imago. Pœnitentia. 3.
¶ Paruulus. Baptismus. 2. ¶ Passio. Christus. 10. Sacramentum. 3.

¶ Pater. Vtrum pater genuerit filium natura. primo dist. 6. quæstio. 1.
2 Vtrum in patre sit aliqua potentia respectu actus generationis æternæ, primo dist. 7. quæstio. 1.
3 Vtrum Pater & filius diligunt se Spiritu Sancto, primo dist. 32.
4 Vtrum pater sit sapiens sapientia quam genuit, vbi supra artic. 2. Innascibilitas. Spiritus Sanctus. 2. 4.
¶ Paternitas. Generatio. 4. ¶ Pati. Anima. 4.
1 ¶ Peccatum. Vtrum peccatum originale sit subiectiue in carne. secundo dist. 31.
2 Vtrum peccato origi. debeat pœna sensibilis. secundo dist. 33.
3 Vtrum in quolibet peccato sit aliquis actus, secundo di. 35.
4 Vtrum actus peccati sit à Deo. secundo dist. 37.
5 Vtrum omne peccatum sit mortale. secundo dist. 43.
6 Vtrum potentia peccandi sit à Deo secundo dist. 44.
7 Vtrum peccatū veniale possit remitti sine mortali. quarto dist. 16. quæstio. 1.
8 Vtrum peccatum veniale possit expiari quo ad culpam per pœnam purgatorij quarto dist. 21. quæstio. 1. Actus. Christus. 5. Confessio. 3. Infidelis. Innocentia. 2. Intellectus. Maria. 1. Pœna. Pœnitentia. 6. & o. Sacramentum. 3. Satisfactio. 2.
¶ Pœna. Vtrum defectus quos sentimus in bonis sint pœna pro peccato Adæ. secundo dist. 30. Indulgentia. Malum. 2. Peccatum. 2. 8. Pœnitentia. 4.
1 ¶ Pœnitentia. Vtrum Sacramenti Pœnitentiæ possit tollere culpam remanente reatu. quarto dist. 14. q. 1.
2 Vtrum post pœnitentiam resurgat homo in equali virtute, vbi supra quæstio. 2.
3 Vtrum pœnitentia habeat partes. quarto dist. 16. q. 2.
4 Vtrum contritus & pœnitens potius debeat eligere pœnam inferni, vel omnino non esse quàm peccare. quarto dist. 17. quæstio. 1.
5 Vtrum pœnitentia interior sit res Sacramenti pœnitentiæ. quarto dist. 22. q. 1.
6 Vtrum peccata per pœnitentiam dimissa in aliquo casu redeant in eo qui reciduat, vbi supra. q. 2. Confessio. 1. ¶ Perfectio. Deus. 16.
1 ¶ Persona. Vtrum vna persona diuina sit in alia. primo dist. 19. quæstio. 1.
2 Vtrum tres personæ sint penitus cōæquales, vbi supra quæstio. 2.
3 Vtrum nomen personæ sit nomen secundæ intentionis primo dist. 23.
4 Vtrum persona dicat in diuinis quid cōmune tribus personis quod plurificetur in eis. primo dist. 25.
5 Vtrum diuinæ personæ constituentur in esse suppositali proprietatibus relatiuis & eisdem distinguantur primo dist. 26. Christus. 3. Deus. 3. Missio. 1. 3. 4. Proprietates.
¶ Potentia. Vtrum potentia generandi claudatur sub omnipotentia. primo dist. 20. q. 1. Angelus. 8. Christus. 5. 9. Creatio. 2. Dæmon. 2. Deus. 14. 15. 16. 17. Liberum arbitrium. 1. Pater. 2. Peccatum. 6. Practicum. 1. Theologia. 2.
¶ Præceptum. Gratia. 3.
1 ¶ Prædestinatio. Vtrum prædestinati de necessitate saluentur. primo dist. 40.
2 Quid sit prædestinatio, vbi supra ar. 1. Innocentia. 1. Præscientia.
¶ Prædicatio. Deus. 6.
¶ Præscientia. Vtrum præscientia meritorum sit causa prædestinationis & reprobationis. primo dist. 41.
1 ¶ Præsentia. Vtrum omnia secundum aliquod esse sint æternaliter in præsentia Dei quantum ad suas proprias rationes. primo dist. 36. q. 1. ar. 1.
2 Vtrum omnia sint Deo æternaliter præsentia secundum suas actuales existencias, vbi supra ar. 2.
¶ Principium. Vtrum nomē principij significet notionem distinctam, primo dist. 29. Spiritus Sanctus. 4.
1 ¶ Processio. Vtrum generatio & processio Spiritus Sancti sint processiones alterius rationis. primo dist. 13. q. 1.
2 Quomodo & penes quid distinguantur natiuitas filij & processio, vbi supra ar. 1. Spiritus Sanctus. 1. 2. 5.
¶ Proprietates. Vtrum proprietates personales sint diuina essentia primo dist. 33. Essentia. 3. Innascibilitas. Persona. 5. Spiritus Sanctus. 5.
1 ¶ Prouidentia diuina quid sit primo dist. 40. ar. 2.
2 Vtrum prouidentia diuina immutabilitatem inducat in actibus

adibus humanis, vbi supra. art. 3. Purgatorium. Peccatum 8. Q. Vanitas. Vtru vanitas interminata sit ponenda. secundo dist. 18.

R. Atio. Bonum. Christus. 10. Presentia. 1. Veritas. Reatus. Penitentia. 1. Recidivatio. Penitentia. 6. Relatio. Vtrum inter Deum et creaturas sit aliqua relatio realis primo dist. 30. q. 1. Relativum. Persona. 5. Remissio. Indulgentia. Peccatum. 7. Reparatio. Deus. Verum inter Deum & creaturas sit aliqua relatio rationis, vbi supra artic. 2. Similitudo. Reparatio. Deus. 17. Reprobatio. Quid sit primo dist. 42. artic. 1. Iudicium. Res. Penitentia. 5. Veritas. Præscientia. Resurrectio. Verum resurrectio omnium mortuorum sit in eodem instanti. quarto dist. 43. q. 2. Vtrum in resurrectione anima resumatur idem corpus numero quod prius habuit quarto dist. 44. q. 1. Corpus. 1.

S. Accedens. Clavis. Confessio. 3. Confirmatio. Sacramentum. Vtrum in Sacramentis nouæ legis sit aliqua virtus gratie causatiua. quarto quest. 1. Vtrum sacramenta vet. leg. causarent gratiam, vbi supra questio. 2. Vtrum sacramenta vet. leg. possint post passionem Christi sine peccato obseruari, vbi supra. q. 3. Eucharistia. 0. Matrimonium. Ordo. Penitentia. 1. 5. Vnctio: Sanguis. Eucharistia 8. Sanctus. Vtrum Sancti qui sunt in patria cognoscant orationes nostras quarto dist. 45. Corpus. Sapientia. Pater. 4. Satisfactio. Vtrum aliqua pura creatura possit satisfacere pro tota natura humana collapsa in primis parentibus, tertio dist. 18. Vtrum homo possit Deo satisfacere pro peccato. quarto dist. 15. Indulgentia. Scientia. De conditionib. diuinæ scientiæ. primo di. 35. q. 2. art. 2. Christus. 7. Deus. 13. Theologia. 1. 3. Separatum. Anima. 4. 5. 6. Sigillum. Confessio. 3. Similitudo. Vtrum similitudo & æqualitas sint relationes reales in Deo. primo dist. 31. Visio. 2. Spes. Vtrum spes sit virtus theologica distincta realiter à fide et charitate. tertio dist. 26. Spiratio. Filius. 2. Generatio. 3. Spiritus sanctus. Vtrum Spiritus Sanctus procedat vt amor, primo dist. 10. Vtrum Spiritus Sanctus procedat à patre & filio, primo dist. 11. q. 1. Quomodo filius distinguatur à Spiritu Sancto formaliter, vbi supra artic. 2. Vtrum pater & filius sint vnum principium Spiritus Sancti. primo dist. 12. Vtrum temporalis processio Spiritus Sancti sit eius pro-

prietas. primo distinct. 14. q. 1. Donum. 1. 2. Pater. 3. Processio. 1. Subiectum. Theologia. 4. Virtus. 2. Substantia. Angelus. 4. Eucharistia. 6. 7. Subtilitas. Corpus. 2. Suppositum. Assumptio. 1. 3. Persona. 5.

T. Tempus. Angelus. 2. Terminus. Essentia. 1. Theologia. Vtrum sit scientia. prol. q. 1. Vtrum habitus theologiæ sit practicus, prol. q. 1. Vtrum theologia sit vna scientia, prol. q. 3. Vtrum Deus sit subiectum theologiæ, prol. q. 4. Trinitas. Vestigium. 1. 3.

V. Bique. Deus. 11. Velle. Voluntas. 1. 2. Veniale. Innocentia. 2. Peccatum. 7. 8. Verbum. Vtrum verbum increatum emanet vt intellectio actualis. primo dist. 27. q. 2. Christus. 8. Veritas. Vtrum veritas secundum suam formalem rationem sit in anima vel in rebus, primo dist. 19. q. 3. Vestigium. Vtrum in creaturis reperitur imago vel vestigium Trinitatis, primo dist. 3. q. 2. Vtrum. Illa penes quæ attenditur vestigium Trinitatis distinguantur realiter a rebus in quibus sunt, vbi supra questio. 3.

Virgo. Innocentia. 1. Virtus. Vtrum virtutes habituales sint homini necessaria, tertio dist. 23. Vtrum ex actibus humanis acquirantur habitus virtutū in appetitu sensitiuo subiectiue existentes, puta in concupiscibili, vel irascibili. tertio dist. 33. Vtrum virtutes cardinales sint inter se cōnexæ, ita q. qui habet vnā habeat omnes tertio. d. 36. Donum. 2. Fides. 1. Gratia. 1. Homo. Sacramentum. 1. Spes.

Visio. Vtrum intellectus creatus, ex solis naturalib. possit pertingere ad videndum diuinam essentiam. quarto dist. 49. q. 4. Vtrum. Essentia diuina ab intellectu creato per aliquam similitudinem videatur, vbi supra quest. 5. Vtrum videntes Deum videant in eo omnia quæ Deus videt, vel quæ possunt in ipso videri, vbi supra. q. 6. Adam. Christus. 8. Eucharistia. 5. Fides. 2. Vnctio. Vtrum extrema vnctio sit Sacramentum quarto dist. 23.

Vnio. Vtrum vnio naturæ diuinæ & humanæ in Christo sit maxima vnio creata. tertio dist. 5. q. 1. Angelus. 9. Essentia. 3. Vnitas. Deus. 3. 4. Numerus. 2. Voluntas. Vtrum in diuinis sit aliquod velle intrinsecū respectu creaturarum. primo dist. 45. a. rt. 1. Vtrum quodlibet velle intrinsecū diuinæ voluntatis semper impleatur, vbi supra art. 2. Vtrum bonitas actus voluntatis sit ex fine. secundo. di. 38. Angelus. 8. Fructio. 0. Liberum arbitrium. 2. Vti. Votum. Vtrum votum continentiæ annexum ordinib. sacris impediatur, ne ordinatus possit habere simul duas uxores. quarto dist. 33. Vti. Vtrum vti sit actus voluntatis primo dist. 1. q. 2. Vxor. Votum.

Xor. Votum.

Finis Iudicis principalium Titulorum omnium Questionum, in Quatuor Libris Sententiarum, Joan. Capreoli.

TABVLA MAGNA IN TOTVM CAPREOLVM.



A. Per. 3. B. eterno. Actio. 56. Creatio. 10. 2. 3. Creatura. 9. Distinctio. 24. Mundus. 2. 3. 4. Absolutio. Baptismus. 3. ABSOLVTIO.

